



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Clemens Papa V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

tatibus, personatibus, officijs publicis, & beneficijs Ecclesiasticis de diocesanorum, vel eis absenti-  
bus Vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi po-  
stulantibus declaratis, præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit litteras responden-  
tibus statuum. i. &  
Göfert ad cap.  
9. de hære. 1.6. dum, quod de filijs, & nepotibus illorum hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui mo-  
do tales esse probantur, intelligendum esse videbatur: Non autem illorum quos emendatos esse con-  
staret, ac proculpa huiusmodi ad mandatum Ecclesie pœnitentiam receperile, quam ipsi vel iam per-  
fecerant vel humiliter prosecutione eius instant, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum  
eandem. Verum licet Inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per Sedem Apostolicam  
deputatus memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reuerentiam fece-  
rat, quædam contra fidem preterendo catholicam priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam  
sibi propter hoc ab eodem Inquisitore pœnitentiam perfecit reuerenter, ac tandem sicut vere ca-  
tholicus receptis Ecclesiasticis Sacramentis viam fuerit vniuersaliter carnis ingressus, & ab Inquisitore B  
præfato etiam absolutus: tamen .. Potestas, Consilium, & Commune Spoletan. dictum Archionum  
eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro sua recusant admittere volun-  
tate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicavit, vt nos misericorditer attenderes,  
quod idem Philippus sicut præmititur tanquam vere Catholicus, & fidelis Ecclesie Romanæ decel-  
lit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta præmissum eiusdem prædecessoris respon-  
sum in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia & benefi-  
cia ecclesiastica & dignitates ac ad omnes ordines impedimento huiusmodi non obstante potius ad-  
mittendos. Quia igitur de facto huiusmodi, & eius circumstantijs habere poteris notitiam pleno-  
rem: nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino speciale, præsentium tibi auctorita-  
te committimus, & mandamus, vt si diligenter Inquisitione præmissa prædicta inuenieris veritate ful-  
citi, & tibi etiam constiterit, quod præfati Archionus, & filij non sint de hæretica prauitate suspecti,  
& in fidelitate, ad deuotione Ecclesie supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus C  
conscientiam onerare, auctoritate nostra denuncies, & declares, quod propter præmissa vel eorum oc-  
casione nihil eis possit objici vel opponi, quin ad omnia secularia officia, & beneficia Ecclesiastica,  
etiam si dignitates existant, illis non obstantibus assumi libere valeant, & hi qui litterati esse noscuntur,  
ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum, & honorem catholicæ fidei videris expedire.  
Quicquid autem super his inuenieris, & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras harum se-  
cim continentis fideliter studeas intimare.

M. de Rocca.

## C L E M E N S P A P A V.

Clemens Papa V. commemoratis breuiter Apostolicis, & horrendis quibusdam Templariorum mili-  
tum facinoribus, iubet Inquisitoribus, hic expressis, vt Templarios in suis diocesibus commorantes ea-  
pi faciant, & bona eorum sequestrent, & terras seu vineas eorum colant, donec causa eorum expediatur, & quidquid fecerint sibi denuntient.

Ex narratione huius rescripti constat, non recte sentire eos, qui dicunt, iniuste fuisse Templarios con-  
demnatos. vide Prætolum lib. 18. de sectis hæreticorum, cap. 4.

Edita anno Do-  
mini 1308.

Ex Archivio co-  
uentus S. Fran-  
cisci de Assisi.

Templariorum  
horrenda faci-  
nora.



L E M E N S Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Inquisitoribus hæreticorum  
prauitatis Patrimonij Beati Perri in Tuscia Marchia Anconitan. & Vallis Spoletan.  
Romaniola, ac Massa Trabatia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

P A S T O R A L I S præminentia folio, disponente Domino, qui cuncta dispo-

nit, licet immerti præsidentes, hoc præcipue feruenter appetimus, hoc votis arden-  
tibus affectamus, vt circa gregis Dominici custodiæ submouendo noxia, & agen-  
do profutura, animas Deo lucrifacete, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Sanè iam pridem E  
à nonnullis, quorum status humilius leues faciebat actores, & quibus non erat immerto in tam gran-  
di arduoq[ue] negotio, sed in longè minori à maiori status, & auctoritatis hominibus aures dare diffi-  
ciles perplexè, ac incerto, leuique murmure merito levitate sui primitus contemndo, contra Tem-  
plariorum ordinem & professores ipsius submurmurationem exitit, quod alienati à ventre, factique de-  
generes, in nonnullis à sancta, & catholicæ fidei institutis exorbitabant, & semitis. Sed alta medita-  
tione penso, quā longo reto tempore idem ordo in conspectibus hominum, considerantum solum  
quæ extra hominem sunt, multa splenduerat nobilitatis gratia & decoris; quanta fidelium deuotio dia-  
vigerat apud eos, nulla dudum laborante infamia contra ipsis, quodque à sua religionis exordio pu-  
blicè portauerant signum crucis, corpora exponentes, & bona contra hostes fidei pro defensione terra-  
sancta Christi sanguine conlectata, huiusmodi submurmurationibus, & futuris non erant faciliter au-  
res credulæ adhibendæ: Tandem perducto ad aures charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Frâ-  
corum Illustris, q[ui] singuli Fratres eiusdem ordinis in principio professionis eoru[m] expressis vobis abnegant  
Domini

# Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

57

A Dominum I E S V M C H R I S T V M , & adorant in suis Capitulis idolum alijsque se nefatijs im-  
mergentes, quæ narrando ruborem ingererent, idem Rex ad requisitionem Inquisitoris prauitatis hæ-  
reticæ in suo Regno generaliter à Sede Apostolica deputati , de Prælatorum , Baronum , & aliorum  
sapientum deliberatione solemnri, Magistrum Maiores, & alias singulares personas dicti ordinis, qui  
tunc erant in eius Regno , vna die excusa , & ex cogitata diligentia capi fecit, Ecclesiæ iudicio præsen-  
tandas, eorum bonis mobilibus , & immobilibus diligenti custodia assignatis, si dictus ordo conui-

Templarij in  
Gallia Vnadi  
capiuntur.

ctus legitime damnaretur, in terra sanctæ subsidium deputandis: Alioquin fideliter pro ipso ordine

conseruandis. Deinde præfatus Magister præsentibus Maioribus personis ecclesiasticis Parisiis, Ma-  
gistris in Theologia , & alijs, corruptionem erroris abnegationis Christi in fratum professionibus,

contra primam institutionem ordinis, instigante Satana introductam , palam , & spontanea est con-

fessus : quam plurimi etiam Preceptores maiores, & Fratres dicti ordinis ex diuersi Regni Franciæ

B partibus , & aliqui etiam aliusdè dicta sceleris sunt confessi , veram tamen & non simulatam se deco-

missis habere penitentiam asserentes , prout haec nos per litteras dicti Regis accepimus , & ad nos

fama publica deferente peruenit: Nos insuper nonnullos Fratres eiusdem ordinis magna generosita-

tis , & auctoritatis viris , super prauitatem iam dicta personaliter examinare curauimus, qui dictum faci-

nus abnegationis I E S V C H R I S T I in ingressu dicti ordinis a se ipsis commissum sponte con-

fessi sunt , plenarie cotam nobis : & adiecit unus ex eis , vidisse se quandam nobilem in præsentia Du-

centorum dicti ordinis Fratrum , aut plurium , ex quibus centum , vel circa milites erant, ultra Mare

videlicet in Regno Cyperi per eundem Magistrum in Capitulo suo in Fratrem Templi receptum , eo-

dem Magistro iubente predictum in sua receptione hæreticum facinus commisissse. Licet autem si

in agro dicti ordinis, qui putabatur esse virtutum , diabolica (sicut fertur) pullulauerint semina; gra-

ui nostra viscera commotione turbulentur , tamen si præmissa veritate nitantur , decet & expedit ut a

vinea Domini Sabaoth postferi palmites extirpantur , & anathema quodlibet à domo Domini ex-

C purgetur . Ad hæc itaque inuestiganda , ut lucide pateat si præmissa compleuerint opere , intendimus

diligenter incumbere , & quantum fuerit ex alto permisum , efficaciter , omni sublata tarditate , & ne-

gligentia vigilare . Cæterum quia interebrente rumore , & insinuacione multorum accepimus pie

taecum infamiam criminum suscipere quasi continue inclemens , & ab hoc urgente conscientia

nolumus , nec possumus , nec debemus , qui super his officijs nostri debitum exequamur: Vobis om-

nibus , & singulis per Apostolica scripta mandamus , quatenus quam celerius post receptionem præsen-

tium commode poteritis , præmissis debita meditatione pensatis , sic prudenter & caute arque secrete

studeatis omni diligentia adhibita ordinare , quod omnes , & singulos Templarios Provinciarum Pa-

trimonij Beati Petri in Tuscia , Marchiæ Anconitan. Vallis Spoletan. Romaniolæ ac Maioræ Trabariz ,

& alios qui reperientur in ipsis , capi facietis , eorumque bona mobilia , & immobilia , quæ ad vos per-

uenerint , per boas personas , omni (maxime quod ad bona ipsa) suspicione carentes , meliori modo

quo fieri poterit , donec vobis mandauerimus , aliud , nostro & Sedis Apostolica nomine , in locis tu-

ris & sub fida custodia , confectis exinde publicis inventariis , custodiri ac etiam detineri. Provisuri at-

tentius , quod terra , ac vineæ Templariorum ipsorum , quæ ad manus vestras peruenient , de bonis

D Templariorum ipsorum mobilibus ad vos per uenientibus , & de bonorum ipsorum fructibus , more

solito excolantur , ut eadem bona ipsis si innocentes extiterint , alioquin pro terra sancta integre con-

seruentur : habituri vos taliter super his , quod exinde prius humana laudis preconium , apud Deum ,

cuius in hac parte negotium agitur , gratia vobis proueniat incrementum: & nihil mirus ex hoc no-

stram , & Apostolica Sedis gratiam plenus prometeris possitis. Quicquid autem super præmissis fece-

ritis , & executioni mandaueritis , nobis quam celerius ordinatis , quæ vobis iniunguntur , poteritis per

vestras litteras intimare cutetis. Datum Piætatis , x Calen. Decemb. Pontificatus nostri anno tertio.

Templarij co-  
ram i Domino  
papa facinora  
haereticalia spō  
te confitentur.

Templarij in  
his tertij com  
morantes capi  
iubentur.

IOANNES PAPA XXII.

## Argumentum in Extrauagantem sequentem.

E Refert Nicolaus Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 2. quest. 16. quod postquam Ioannes xxii.  
condemnauit hæreses de proprio & communis , quas Fraticelli , seu Begardi pertinaciter defendebant,  
editis aduersus eos duabus extrauagantibus , quarum initia sunt , Cum inter nonnullos. & , Quia quo-  
erundam quæ leguntur hodie inter eius extrauagantes tit. de verborum significat. protinus multi  
fratres Minores in partibus Tuscia , & insula Siciliæ non obtemperantes piaedicitis extrauagantibus a  
vero ordine B. Francisci recederunt , ac sibi in Ministrium Generale elegerunt Henticum de Cena,  
quem ille de Senis appellat , & propriam sectam condiderunt , ad quam daronandam deinceps idem  
Dominus Ioannes Papa xxii. hanc decretalem incipientem , Gloriostam Ecclesiam. edidit. Verum cum  
ego paulo diligentius seriem temporum inspexisse , reprehendi rem aliter se habere , quia duæ illæ  
extrauagantes , Cū inter nonnullos. & , Quia quorundam aliquot annis post hanc fuerunt editæ: nam ex-  
trauagantes , Cum inter nonnullos. edira est Pontificatus Dominis Ioannis xxii. (vt vulgati codices habent)  
anno septimo , nempe Anno Domini 1325. extrauagans vero ; Quia quorundam . Pontificatus sui  
Anno